

H<sub>z</sub>. Sigismund appelliert an den besser zu unterrichtenden Papst. Er habe durch Gerüchte erfahren, dass der Papst gegen ihn und seine Anhänger wegen ihres Vorgehens gegen NvK Kirchenstrafen verhängen wolle. Dem Papst sei jedoch verschwiegen worden, dass der Herzog lediglich in legitimer Verteidigung seiner Rechte gehandelt habe. NvK habe nämlich einen angebotenen Aufschub zur Klärung der Streitigkeiten abgelehnt und habe vorgehabt, ihm die Hochstiftsvogtei und seine Hochstiftsleben zu entziehen und einem anderen zu übertragen. NvK habe außerdem die Hochstiftsburgen für den Kriegsfall vorbereitet und dem Klerus in der Fastenzeit die Seelsorge verboten, um das Volk gegen den Herzog aufzubetzen. Auf der Rückseite erklären 43 Äbte, Pfarrer und Pfarrvikare der Brixner Diözese bzw. deren Prokuratoren durch eigenhändige Unterschrift ihren Beitritt zur Appellation.

Or., Perg. (Notariatssignet des Martinus Marquardi): BOZEN, StA, U 58 (Lade 3 Nr. 9 B).

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 128-131; BOZEN, StA, Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 58-60; ebd., Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 143<sup>r</sup>-145<sup>r</sup><sup>1)</sup> und f. 303<sup>r</sup>-306<sup>r</sup>; ebd., U 59 (Lade 3 Nr. 9 C<sup>2)</sup>); BRIXEN, DA, HA 7326<sup>3)</sup>); LEIPZIG, UB, Cod. 1092 f. 31<sup>r</sup>-32<sup>r</sup><sup>4)</sup>); NÜRNBERG, GNM, Papierakten, Weltliche Fürsten, Österreich, 1451-1460 f. 2<sup>r</sup>-3<sup>r</sup>; (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 279-284.

Regest: Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCXII Nr. 406; Jäger, Regesten I 324 Nr. 406.

Erm.: Senckenberg, Selecta iuris IV 390; Sinnacher, Beyträge VI 498-501; Scharpff, Cardinal und Bischof I 322-324; Jäger, Streit II 78; Voigt, Enea Silvio III 366; Tinkhauser/Rapp, Beschreibung III 154, 178, 434, 612, IV 300; P. Pockstaller, Chronik der Benediktinerabtei St. Georgenberg nun Fiecht in Tirol, Innsbruck 1874, 114; Joachimsohn, Gregor Heimburg 187; Pastor, Geschichte der Päpste II 145; Gotwald, Ecclesiastical Censure 14; Bäumer, Nachwirkungen 137; Hicksch, Gregor Heimburg 34; Gismann, Beziehungen 643 Anm. 188; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 235, 398; Zimmermann, Cancer Cusa 15; Baum, Sigmund der Münzreiche 189; Becker, Appellation 167; Becker, Streit der Juristen 91.

Unser Text folgt dem Bozner Original. Die hier auf der Rückseite aufgeführte Namensliste liefert einen Eindruck von der Opposition gegen NvK im Klerus seiner Diözese. Der Vergleich zu der Liste der Appellanten vom Februar 1458 (s.o. Nr. 5515) und den Adressaten des Rundschreibens vom März 1458, das an diejenigen Pfarrer und Pfarrvikare gerichtet wurde, von denen man noch eine Einhaltung des Interdikts erwarten konnte (s.o. Nr. 5553), zeigt eine massive Erosion des bischöflichen Rückhalts in den Pfarreien.

In nomine domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno domini eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo, indictione octava, die vero lune quartadecima mensis julii hora meridiei vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii divina providencia pape secundi, anno eius secundo in opido Innsprugk, Brixinensis diocesis, in domo providi viri Henrici Dorn<sup>5)</sup>, opidani ibidem, in mei notarii publici testimonioque infrastructorum ad hoc specialiter vocatorum, rogatorum et requisitorum presencia personaliter constitutus illustrissimus princeps dominus, dominus Sigismundus Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole dux comesque Tirolis etc., animo et intencione provocandi seu appellandi quandam pappiri cedulam notam provocacionis seu appellacionis in se continentem, quam ibidem manibus suis tenebat et in modum produxit michique assignavit necnon per me publice legi fecit ac sibi apostolos sive litteras testimoniales per me dari peciit et postulavit necnon alia fecit, prout in dicta provocacionis et appellacionis cedula continebatur, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Cum appellacionis remedium in subsidium gravatorum et lesozum opprimique et ledi verisimiliter formidancium sit salubriter adinventum, hinc est, quod nos Sigismundus dei gracia Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole dux comesque Tirolis etc. animo et intencione appellandi et provocandi coram te notario publico et testibus hic presentibus omnibus melioribus modo, via, iure, forma, effectu et causa dicimus, allegamus et proponimus, quod, licet reverendissimum in Christo patrem dominum Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem et episcopum Brixinensem ipsiusque ecclesiam Brixinensem continua proteccione atque singulari favore tanquam advocatus prosequi consuevimus nec aliter, quam naturali et humano iure permittitur, videlicet vim vi repellendi<sup>6)</sup> et

nostra defensione eidem domino cardinali iniurias, violencias aut molestias aliquas intulerimus aut inferri mandaverimus, et presertim propter quas sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Pius divina providentia papa secundus contra nos, subditos nostros et nobis adherentes ad penarum et censurarum fulminaciones sive comminaciones procere posset quoquomodo. Nichilominus tamen, sicuti  
25 novissime decem diebus nondum elapsis quadam vaga relacione et rumore incerto ad nostram audientiam pervenit<sup>7)</sup> dictum dominum nostrum papam contra nos, subditos nostros et nobis adherentes nonnulla mandata penalia sive monitoria censurarum ecclesiasticarum fulminaciones et alias penas in se continencia seu comminancia decrevisse seu decernere velle comminasse, et hoc ad aliquorum falsas, iniquas et errepticias delaciones, qui forsitan sue sanctitati exposuerunt, quod nos dictum dominum  
30 cardinalem absque iusta causa hostiliter diffidasse et obsidisse aliaque fecisse debuissemus, que in enervacionem ecclesiasticæ libertatis vergere possint, obtinentes veritatem, videlicet, quod dictus dominus cardinalis via facti contra nos multipliciter in maximum dominiorum nostrorum dampnum et gravamen procedere intendebat.

Primo namque refutavit consentire in unius anni spacium sive termini<sup>8)</sup>, infra quem contenti fuimus, quod amicabilem aut per arbitros secundum tenorem convencionis, que inter eum et nos est, facta aut  
35 alias per ordinarios iudices causa et cause differenciarum omnes diffinirentur et terminarentur. Ipse etiam ius advocacie, quod in ecclesia Brixinensi habemus, ac feuda, que ab eadem ecclesia tenemus ac parati semper sumus illa, prout progenitores nostri et bone memorie pater noster recepit in feudum recipere velle<sup>9)</sup>, in alium forsan nobis non favorabilem transferre et eidem donare intendebat.<sup>10)</sup> Similiter castra et  
40 municiones suas cum hominibus, victualibus, bumbardis et aliis bellicis instrumentis munivit<sup>11)</sup> ac nonnulla dampna ex eisdem suis castris subditis nostris inferre permisit publiceque dixit tot contra nos habere gentes armorum, quod non unam sed plures valles implere vellet.<sup>12)</sup> Extant etiam littere manu sua scripte, que animum et voluntatem ipsius ostendunt, quomodo contra nos et dominia nostra via facti machinatus fuit. Abstulit etiam a plebanis et presbiteris Brixinensis diocesis omnem curam animarum,  
45 nec eis illam quoquomodo concedere voluit, nisi prius promitterent servare velle interdictum per Calistum felicis recordacionis papam comminatum, quod tamen per appellacionem legitime suspensum fuit.<sup>13)</sup> Et hoc fecit in Quadragesima, ut eo tempore facilius populum contra nos et clerum incitaret, prout hec omnia et longe maiora suis congruis loco et tempore lacius verbo vel scriptis deduci et probari possunt.

Propterea, si mandata surrepticia huiusmodi, ut premittitur, publicarentur, insinuarentur et exequerentur, utique naturalis defensio, qua vim vi repellere possumus, et omni iure premittitur, auferri videretur, gravissima etiam scandala procul dubio non solum in nostris, sed aliorum dominiis exorirentur in gravem  
50 iacturam multarum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum precipue tendencium, vix aut numquam recuperabilem, quibus etiam resistere difficile esset. Idcirco ad obviandum tantis malis et periculis et ut ipsa veritas et mens et sinceritas nostra, quam uti advocatus erga dictum dominum cardinalem habuimus et habemus, patefiat ac etiam, ut predictus sanctissimus dominus noster papa minus bene et vere informatus plene et in veritate informetur suaque sanctitas et totus fere mundus cognoscere valeat, quod per  
55 sinistras, iniquas et errepticias delaciones huiusmodi, si que saltem facte sint aut fierent in futurum, gravis iniuria in vilipendium status et dominiorum nostrorum tendens nobis irrogata sit, cum per premissa asserta mandata, si qua appareant aut apparuerint in futurum et eorum forsitan fiendam publicacionem gravati multipliciter sumus timeamusque nos dominia nostra ac habitatores eorundem tam ecclesiasticos quam seculares ac nobis adherentes et adherere volentes ex hiis irreparabiliter gravari ac scandala et  
60 dissensiones innumerabiles, sicuti premisimus, oriri posse ab huiusmodi quorumcumque mandatorum decreto, fulminacione, insinuacione, publicacione, ut premittitur, si facte sint aut fieri comminantur aliisque gravaminibus quibuscumque nobis et dominiis nostris, eorum habitatoribus et nobis adherentibus vel adherere volentibus predictis, sic ut premittitur, illatis et comminatis; et ne deinceps inferantur aut  
65 comminentur causis et rationibus supradictis ac aliis quibuscumque rationabilibus ex premissis et alias ex mandatis et decretis pretensis huiusmodi forsitan colligibilibus vice et nomine nostro et singulorum subditorum nostrorum predictorum ac omnium et singulorum nobis in hac parte adherencium vel  
70 adherere volencium sive spirituales, sive seculares persone fuerint, necnon eorum, quos hoc presens tangit negocium seu quomodolibet tangere poterit in futurum, ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum Pium divina providencia papam secundum supradictum eiusque sanctam sedem

36 diffinirentur: *em.* diffinirentur.

apostolicam minus bene et vere informatum plene et in veritate informandum in hiis scriptis provocamus et appellamus ac apostolos primo, secundo et tercio instantanter, instantius, instantissime dari petimus et concedi, si quis sit, qui eosdem nobis dare velit, et saltem a te notario publico testimoniales apostolos; 75 protestamurque, quod hanc nostram appellacionem intimare, insinuare et prosequi volumus et intendimus suis loco et tempore oportunis, salvo semper iure addendi, minuendi, mutandi et aliam vel alias appellacionem seu appellaciones interponendi et quolibet iuris beneficio. Et protestamur alias, prout fuit et est morum atque stili.

Quaquidem cedula per me expresse lecta prefato illustrissimo principi sic appellanti et provocanti et 80 apostolos petenti, in quantum de iure potui et debui, has litteras testimoniales dedi et concessi. Acta sunt hec anno, indictione, die, mense, hora pontificatu et loco quibus supra presentibus ibidem strennuis, nobilibus ac honorabilibus viris, dominis Pilgrino de Haydorff<sup>14)</sup>, milite, et Balthasar de Blumneck<sup>15)</sup>, armigero, necnon Alberto Mayr et Petro Plangk de Inngolstadt<sup>16)</sup>, presbiteris et laicis Constanciensis et Eichstetensis diocesum, testibus ad premissa vocatis, requisitis et rogatis. 85

*Notarielle Instrumentierung durch Martinus Marquardi, Kleriker der Diözese Worms, von kaiserlicher Autorität öffentlicher Notar.*

(*Unterschriften rückseitig. Sie werden original, ohne Emendationen gebracht.*) Ego Johannes abbas Montis Sancti Jorii<sup>17)</sup> ordinis sancti Benedicti Prisinensis diocesis vice et nomine mei necnon conventus dicti monasterii retroscribite illustrissimi principis Sigismundii Astrie etc. ducis abblacioni (!) aderio per presentem 90 recognicionem manu mea propria scribdam.

Ego frater Bernardus professus monasterii sancti Johannis Baptiste in Stams ordinis Cisterciensis, Brixinensis diocesis, vice et nomine reverendi in Christo patris et domini Georgii<sup>18)</sup> abbatis necnon conventus dicti monasterii retroscripte illustrissimi principis domini Sigismundi ducis Austrie etc. appellacionis adhesionem efficacem promitto per presentem recognicionem manu mea propria scriptam. 95

Ego Ingenuinus abbas monasterii Wiltinensis<sup>19)</sup> ordinis Premonstratensium, Brixinensis diocesis retroscripte appellacioni illustrissimi principis etc. unacum conventu meo adhereo.

Ego Valentinus, professus monasterii Novecellenis ordinis canonicorum regularium Brixinensis diocesis, procurator nomine prepositi<sup>20)</sup> et conventus supradicti monasterii retroscripte appellacioni illustrissimi principis adhereo. 100

Ego Andreas<sup>21)</sup>, plebanus in Kolsas, adhereo appellacioni illustrissimi principis manu propria scripta.

Ego Martinus Nolf<sup>22)</sup>, plebanus in Münster, adhereo appellacioni principis; manum propriam pro fide.

Ego Ingenuinus Stümpfel<sup>23)</sup>, plebanus in Vomp, adhereo appellacioni illustrissimi principis; manu propria me subscripsi.

Ego Nicolaus<sup>24)</sup>, vicarius in Fascia, adhereo appellacioni illustrissimi principis; manu propria subscripsi. 105

Ego Johannes Curnficus<sup>25)</sup>, temporalis vicarius ecclesie in Castellorupto, adhereo presenti appellacioni a tergo subscripte, in cuius rei veritatem huiusmodi propria manu subscripsi.

Ego Wilhelmus Minerhofer<sup>26)</sup>, procurator, adhereo appellacioni pro parte plebani in Lusen<sup>27)</sup>; manu propria subscripsi.

Ego Johannes Liphart<sup>28)</sup>, vicarius in Albeins, adhereo appellacioni illustrissimi principis manu mea 110 subscripta.

Ego Nicolaus Hüeter<sup>29)</sup>, vicarius in Layen, adhereo appellacioni manu mea subscripta.

Ego Erasmus, procurator nomine domine Engelmarii<sup>30)</sup> vicarii in Brutz, adhereo appellacioni illustrissimi principis; manu mea propria subscripsi.

Ego Jacobus Casch, provisor ecclesie parochialis in Umbst<sup>31)</sup>, adhereo appellacioni principis manu 115 mea subscripta.

Ego Wolfgangus Hueber<sup>32)</sup>, vicarius ecclesie in Wenns, adhereo appellacioni principis manu mea subscripta.

Ego Thomas, procurator nomine domini Udalrici Karg<sup>33)</sup>, plebani in Silcz, adhereo appellacioni principis manu mea subscripta. 120

Ego Henricus<sup>34)</sup>, vicarius in Matray, adhereo appellacioni principis; manu mea propria subscripsi.

Ego frater Conradus Hartung<sup>35)</sup>, ordinis Teutonicorum, plebanus in Sterczingen, adhereo appellacioni illustrissimi principis et manu propria subscripsi.

73 minus – informandum: *fehlt in U 58, ergänzt nach U 59.* | informandum: *ü.d.Z.*

- Ego Hainricus<sup>36)</sup>, plebanus in Maredo, adhereo huic appellacioni et propria manu mea me subscripsi.
- 125 Ego Ulricus, procurator nomine domini Symoni<sup>37)</sup> vicarii in Fugen, adhereo appellacioni principis; manu propria me subscripsi.  
Ego frater Petrus<sup>38)</sup>, plebanus in Vells, adhereo dicte appellacioni et me manu propria subscripsi.  
Ego Martinus Pusterl<sup>39)</sup>, vicarius ecclesie Flaurlingensis, adhereo appellacioni principis; manu propria subscripsi.
- 130 Ego Michael<sup>40)</sup>, vicarius in Flies, adhereo appellacioni; manu propria subscripsi.  
Ego Michael<sup>41)</sup>, plebanus in Zambs, adhereo huic appellacioni et propria manu me subscripsi.  
Ego Georgius Czingk<sup>42)</sup> adhereo appellacioni domini principis a tergo conscripte manu propria.  
Ego Jorius Rappech procuratorem (!) nomine domini Pauli<sup>43)</sup>, vicarii in Emperg, a tergo aplcioni (!) huic et manu mea subscripsi (!).
- 135 Ego Lucas, plebanus in Leutaschen<sup>44)</sup>, adhereo appellacioni illustrissimi principis manu propria scripta.  
Ego, Caspar Haider<sup>45)</sup>, vicarius in Rodank, adhereo appellacioni principis manu propria.  
Ego Weighardus Lampel<sup>46)</sup>, vicarius in Sanct Laurencio, adhereo appellacioni illustrissimi principis et manu propria me subscripsi.  
Ego Sigismundus Honigler<sup>47)</sup>, plebanus in Taur, adhereo appellacioni; propria manu subscripsi.
- 140 Ego Conradus Püsterl<sup>48)</sup>, plebanus in Zerfawß, adhereo appellacioni principis manu propria.  
Ego Cholomannus Colb<sup>49)</sup>, plebanus in Auxams, adhereo appellacioni principis Sigismundi; propria manu subscripsi.  
Ego frater Johannes<sup>50)</sup> ordinis canonicorum regularium, plebanus in Nätz, huic appellacioni a tergo subscripte adhereo ac manu propria subscripsi.
- 145 Ego Andreas<sup>51)</sup>, vicarius in Pawmkirchen alias in Mûls, adhereo principis appellacioni et manu propria subscripsi.  
Ego Johannes Hamer<sup>52)</sup>, plebanus in Ewren, adhereo huic appellacioni; manu mea subscripsi.  
Ego Ludowicus Steger<sup>53)</sup>, plebanus in Seeveld, adhereo huic appellacioni; manu mea subscripsi.  
Ego Mathias Strayff<sup>54)</sup>, vicarius Hallis vallis Eni, adhereo appellacioni huic principis illustrissimi manu  
150 mea propria his subscripta.  
Ego Johannes Stadelwiser<sup>55)</sup>, vicarius in Telfs vallis Eni, adhereo appellacioni a tergo scripte. Idcirco me manu propria subscripsi.  
Ego Judocus Bach<sup>56)</sup>, plebanus in Miemingen, adhereo appellacioni huic et manu mea subscripsi.  
Ego Henricus Sucherlein<sup>57)</sup>, plebanus in Veldturns, adhereo appellacioni huic et manu mea propria  
155 subscripsi.  
Ego Johannes Wirtzbürger<sup>58)</sup>, serenissimi principis ducis Sigismundi capellanus et hospitalarius in Sunnenburg, vice meo et procuratorio nomine venerabilium dominarum Barbare Schondorfferin<sup>59)</sup>, electe, totiusque conventus monasterii Sunnenburg ordinis sancti Benedicti, Brixinensis diocesis, caplanorumque ibidem, videlicet Johannis Lampel<sup>60)</sup>, Johannis Wenser<sup>61)</sup>, presbiterorum prefatis diocesis,  
160 beneficiarum pretacti monasterii, retrospectae appellacioni illustris principis Sigismundi Austrie etc. ducis adhereo per presentem recognitionem; manu mea propria subscripsi etc.  
Ego Johannes Pogner de Apczan<sup>62)</sup>, vicarius in Stifls, adhereo huic appellacioni et manu mea propria subscripsi.  
Ego Leonhardus Chayser<sup>63)</sup>, vicarius ecclesie sancti Jacobi in Inspruck, adhereo appellacioni huic et  
165 manua propria me subscripsi.

<sup>1)</sup> *Unter dem Text folgen auf f. 145<sup>v</sup>-146<sup>r</sup> Notizen zur Einreichung von Nr. 6265 und den folgenden Appellationen Nr. 6291 und 6347 an der Kurie durch Lorenz Blumenau:* Item dicitur, quod doctor Laurencius Blumenaw fuerit missus ad papam ad intimandum quandam aliam appellacionem d. ducis, cuius copiam non habemus, in qua fuerit dumtaxat positum a papa male informato ad melius informandum Et ista fuerit publice in consistorio lecta, sed reiecta. Et dum petiti fuerunt apostoli, tunc papa dixerit: „Dabo tibi carcerem pro apostolis“, et quod noluit amplius audita appellacione eundem doctorem audire, et processerit ad sententiam contra d. ducem, cuius tenorem capitulum Brixinense nondum adhuc vidit nec habet. Itaque registrari non potuit. *Auff. 145<sup>v</sup> trägt eine gleichzeitige Hand am unteren Rand nach:* Item postea capitulum habuit copiam prime appellacionis d. ducis, quam doctor Laurentius habuit in civitate Senarum ad insinuandum pape. Et solum continet „ad papam melius informandum“, et nichil dicitur de concilio. Et copia reperietur circa finem registri, ubi tres appellaciones per d. ducem Sigismundum facte registratae sunt. Prima fuit

interposita xiiii mensis julii ante omnes sentencias ad papam melius informandum. Secunda post turbacionem factam doctori Laurencio. Tercia propter allegacionem nullitatis, ut clerus ob allegacionem nullitatis et oblacionem iusticie etc. iuxta c. Solet (VI 5.11.2, ed. Friedberg II 1094) d. ducem non vitaret.

2) *Notariell beglaubigt durch Johannes Hellgruber. Zu ihm s.o. oben Nr. 6231 Anm. 10.*

3) *Zwei Kopien von zwei unterschiedlichen Händen des 15. Jh. Enthalten ist jeweils der Tenor der Appellation. Unter dem Text sind jeweils der Ort (in domo Dorn; s. Anm. 5) und die Zeugen notiert.*

4) *Zur Hs. s.o. Nr. 6222 Anm. 5.*

5) *Heinrich Dorn, Bürger von Innsbruck. Er war Oberpfleger des Innsbrucker Heilig-Geist-Spitals; s. INNSBRUCK, Stadtarchiv, U 349 (1456 März 24); INNSBRUCK, TLÄ, U I 1700 (1454 August 16); ebd., U I 1856 (1459 August 9). Vgl. auch zwei von ihm ausgestellte Kaufurkunden für das Hospital; ebd., U 404 (1467 April 3) und U 411 (1468 Februar 6). Weitere von ihm gesiegelte Urkunden finden sich in INNSBRUCK, TLÄ, U I 6641 (1460 Mai 26); ebd., U I 6914 (1467 November 22).*

6) *Vgl. Nr. 4917 Anm. 3.*

7) *Das Monitorium vom 19. Mai 1460 wurde ab dem 21. Juni zunächst in Innsbruck, dann in Mailand, Rovereto und Zürich publiziert. S.o. Nr. 6222 Anm. 3.*

8) *Während der zwischen NvK und Parsifal von Annenberg ab dem 7. April 1460 in Bruneck geführten Verhandlungen war es zu Unstimmigkeiten über den Aufschub des Streits um das Garnsteiner Bergwerk gekommen; s.o. Nr. 6193 Z. 36-43.*

9) *NvK hatte den Termin zur Belehnung Hz. Sigismunds am 7. Mai 1460 nicht wahrgenommen; s.o. Nr. 6166.*

10) *Hz. Sigismund fürchtete die Übertragung der Hochstiftslehen an den Kaiser. Dass dieser Plan existierte, zeigt der Entwurf einer solchen Lebensantragung; s.o. Nr. 5473.*

11) *Außerordentliche Aktivitäten zur Aufrüstung der Burgen sind aus den Brixner Raitbüchern nicht ersichtlich. Die Zahl der erwähnten Söldner blieb stets gering. Ende Dezember 1459 hatte die herzogliche Seite sogar die Sorge vor einer zu schwachen Besetzung der Hochstiftsburgen geäußert; s.o. Nr. 6076 und 6087. Zuvor hatte auch das Domkapitel eine mangelhafte Verteidigungsfähigkeit der Burgen gerügt; s.o. Nr. 5916 Z. 7f. Vgl. auch unten Nr. 6393 Anm. 21.*

12) *Diese Behauptung ist sonst nicht belegt.*

13) *Das Interdikt beruhte eigentlich nicht direkt auf der Bulle Calixts III. (s.o. Nr. 5397), sondern auf der Dekretale 'Si quis suadente' (Clem. 5.8.1). NvK hatte mehrfach angeordnet, dass nur diejenigen Priester zu den auch unter dem Interdikt gestatteten Seelsorgehandlungen zugelassen seien, die das Interdikt nicht gebrochen haben. Vgl. oben Nr. 6122 Z. 5f., 6228 (1460 Mai 26).*

14) *Bilgeri (Pilgrim) von Heudorf († 1476). Er wurde 1452 auf der Tiberbrücke von Ks. Friedrich III. zum Ritter geschlagen. Bereits 1455 ist er im Dienst Hz. Sigismunds nachgewiesen. Unmittelbar vor den Ereignissen von Bruneck, am 26. März 1460, nahm Hz. Sigismund ihn zusammen mit 5 Knechten für 200 fl. in seinen Dienst; Or.: INNSBRUCK, TLÄ, U I 4680. 1460 verteidigte er Winterthur gegen die Eidgenossen. Vgl. G. von Wyß, in: ADB 13 (1880) 502-506; E. Müller, Bilgeri von Heudorf und sein Kampf gegen Schaffhausen, in: F. Schmidt (Hg.), Der Klettgau, Tiengen 1971, 135-157; H.-J. Erwerth, Ritter Bilgeri von Heudorf. Ein Beitrag zur wirtschaftlichen Lage und sozialen Stellung des Adels im westlichen Bodenseeraum (Hegau-Bibliothek 77), Singen 1992; Konzen, *Aller Welt Feind* 530 s.v.; Langmaier, *Erzherzog Albrecht VI.* 754 s.v.*

15) *Balthasar von Blumenegg, ein häufig in Feuden verwickelter Söldnerhauptmann; s. Konzen, *Aller Welt Feind* 416f., 524 s.v.; Langmaier, *Erzherzog Albrecht VI.* 750 s.v. Vgl. Chmel, *Regesta chronologico-diplomatica* 465 Nr. 4521 (1466 Juni 13, Suspension der Reichsacht gegen ihn).*

16) *Peter Plank von Ingolstadt, Chorberr und 1478-1482 Dekan zu Innichen, 1474-1478 und wieder ab 1487 Pfarrer von Innervillgraten. Vgl. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 418.*

17) *Johann II. von Freiberg, Abt des Benediktinerklosters St. Georgenberg. Zu ihm und der gescheiterten Reform seines Klosters s.o. Nr. 3898, 3924. Er war 1451 auf Drängen Hz. Sigismund zu seinem Amt gelangt und wurde von NvK und Bernhard von Waging als ungeeignet angesehen. Die hier erhaltene autographe Unterzeichnung zeugt grammatisch wie orthographisch von geringen Lateinkenntnissen.*

18) *Abt Georg Ried des Zisterzienserklosters Stams. Er war regelmäßig in herzoglichen Diensten unterwegs. Zu ihm und seinem Konflikt mit NvK; s. AC II 7, 2061 s.v.*

19) *Ingenuin Mösel, Abt des Prämonstratenserklosters Wilten bei Innsbruck. NvK hatte ihn 1458 in sein Amt eingesetzt, nachdem er sich persönlich von dessen Eignung überzeugt hatte. Anfang 1459 setzte NvK ihn noch als Visitator ein; s.o. Nr. 5830. Im Mai 1459 verbandelte Mösel mit NvK in Rom und erlangte Ablassbriefe für sein Kloster; s.o. Nr. 5944. Die klare Positionierung auf der herzoglichen Seite ist erst durch Nr. 6265 sichtbar. Am 30. September 1460*

gewährte der Abt zudem Hz. Sigismund ein Darlehen über 80 Mark; *Notiz*: INNSBRUCK, TL4, Oberöstr. Kammerraitbuch, Bd. 1 f. 24<sup>r</sup>.

<sup>20)</sup> Kaspar Aigner, Propst des Augustinerchorherrenstifts Neustift bei Brixen. Die Parteinahme des von NvK zuvor sehr geschätzten Propstes zugunsten Hz. Sigismunds hatte sich bereits 1456 angedeutet, als es sogar zur Exkommunikation des Propstes gekommen war. S.o. AC II 7, 2033 s.v. Er gewährte Hz. Sigismund am 25. September 1460 ein Darlehen über 100 fl.; *Notiz*: INNSBRUCK, TL4, Oberöstr. Kammerraitbuch, Bd. 1 f. 22<sup>r</sup>.

<sup>21)</sup> Andreas Wackerle von Stätz († 1475), Pfarrer in Kolsass. Vgl. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 512. Bereits Februar 1458 gehörte er zu den Priestern, die gegen NvK appelliert hatten; s.o. Nr. 5515 Z. 7f. Danach hatte NvK seine Zulassung zur Seelsorge kategorisch ausgeschlossen; s.o. Nr. 5564 Z. 24.

<sup>22)</sup> Martin Nolf, Pfarrer in Münster; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 393. Auch er hatte im Februar 1458 die Appellation gegen NvK unterzeichnet; s.o. Nr. 5515 Z. 8; Nr. 5564 Z. 24.

<sup>23)</sup> Ingenuin Stumpf, Pfarrer in Vomp; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 483. Er gehörte ebenfalls bereits 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 8; Nr. 5564 Z. 24.

<sup>24)</sup> Nikolaus, Pfarrvikar im Fassatal. Er scheint nur in Nr. 6265 genannt; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 392.

<sup>25)</sup> Der hier als Pfarrvikar von Kastelruth genannte Johannes ist möglicherweise identisch mit dem 1425 als Pfarrvikar in Brixen genannten Johannes Carnificis; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 190. Er war nicht an der Appellation 1458 beteiligt und gehörte zu den Priestern, die Gebhard Bulach im März 1458 zur Einhaltung des Interdikts anhielt; s.o. Nr. 5553.

<sup>26)</sup> Wilhelm Münnichbofer, Pfarrvikar in Lüssen; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 380.

<sup>27)</sup> Johannes Naupp († 1469), seit Mai 1447 Pfarrer von Lüssen; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 383. Auch er war 1458 nicht an der Appellation gegen NvK beteiligt; s.o. Nr. 5553.

<sup>28)</sup> Johannes Liebhard, Vetter des Brixner Domberrn Konrad Zoppot und Pfarrvikar in Albeins. S. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 356; vgl. auch oben Nr. 4418 Anm. 2, 5300. Auch er gehörte 1458 noch nicht zur Opposition gegen NvK; s.o. Nr. 5553.

<sup>29)</sup> Nikolaus Hueter, Pfarrvikar in Lajen; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 293. Er war ebenfalls in Nr. 5553 angesprochen. Vgl. auch Nr. 4320 Anm. 7.

<sup>30)</sup> Engelmar, Pfarrvikar in Prutz; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 210. Er hatte schon 1458 die Appellation unterzeichnet, obwohl er als Pfarrvikar den Cusanus-Familiaren Peter von Erkelenz vertrat; s.o. Nr. 5515 Z. 3.

<sup>31)</sup> 1458 hatte Dietrich, der Pfarrer von Imst, gegen NvK appelliert; s.o. Nr. 5515 Z. 4. Die Pfarrei war dem Domkapitel inkorporiert; s.o. Nr. 3863 Anm. 23. Im Frühjahr 1461 wurde ein Priester aus Imst von herzoglichen Knechten gefangen genommen und nach Brixen überstellt, vermutlich weil er das Interdikt gehalten hatte; s. den Eintrag in der Kammerraitung des Benedikt Wegmacher: INNSBRUCK, TL4, Oberöstr. Kammerraitbuch 1 f. 125<sup>r</sup>. Item eadem die (22. Mai 1461) hab ich geben drein knechten mit ainem gefannnen briester, den si von Umbst herab gefuert haben und darnach gen Brichsen, zerung: viii lb. perner.

<sup>32)</sup> Wolfgang Huber, Pfarrvikar in Wénns; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 293. 1458 hatte sein Vorgänger namens Johannes gegen NvK appelliert; s.o. Nr. 5515 Z. 4. Die Pfarrei gehörte dem Cusanus-Sekretär Heinrich Pomert.

<sup>33)</sup> Ulrich Karg, Pfarrer von Silz; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 316. Er gehörte zu den Appellanten vom Februar 1458; s.o. Nr. 5515 Z. 4f. Die Pfarrei war dem Kloster Stams inkorporiert.

<sup>34)</sup> Heinrich Pratpauch aus Sterzing († vor 1477), Pfarrvikar in Matrei, ab 1474 Pfarrer in Brixen. Er gehörte 1458 noch nicht zur Opposition gegen NvK; s.o. Nr. 5553. Er hatte 1438-1444 in Wien studiert; s. rag-online.org s.v. Heinrich Pratpauch.

<sup>35)</sup> Konrad Hartung aus Miltenburg († vor 1482), Deutschordenspriester und seit 1449 Pfarrer von Sterzing; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 260. Er stand bislang nicht auf der herzoglichen Seite; s.o. Nr. 5553.

<sup>36)</sup> Sonst nicht genannter Pfarrvikar von Mareit. Das Patronatsrecht über die Pfarrei war zwischen NvK und Hz. Sigismund umstritten; s.o. Nr. 5438 Z. 26.

<sup>37)</sup> Sein Vorgänger als Pfarrvikar in Fügen namens Pangraz hatte 1458 gegen NvK appelliert; s.o. Nr. 5515 Z. 8.

<sup>38)</sup> Peter Lampl, mag. art., Chorherr zu Neustift, Pfarrer in Völs am Schlern; s.o. AC II 7, 2119 s.v. Er stand zuvor nicht auf herzoglicher Seite; s.o. Nr. 5553.

<sup>39)</sup> Martin Pusterle, Pfarrvikar in Flauring; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 432. Er gehörte 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 5f.

<sup>40)</sup> Sein Vorgänger als Pfarrvikar in Fließ namens Konrad gehörte 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 4.

<sup>41)</sup> Michael Aichhorn, Pfarrer in Zams. Auch er war 1458 unter den Unterzeichnern; s.o. Nr. 5515 Z. 4 mit Rückverweisen in Anm. 7.

- <sup>42)</sup> Georg Zink aus Brixen, Pfarrvikar in Stubai; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 535. Er stand 1458 nicht auf herzoglicher Seite; s.o. Nr. 5553.
- <sup>43)</sup> Hans Paul, Pfarrvikar in Enneberg; s.o. AC II 7, 2087 s.v.
- <sup>44)</sup> Lukas, Pfarrer in Oberleutasch; vgl. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 362.
- <sup>45)</sup> Kaspar Haider, Pfarrvikar zu Rodeneck. S.o. Nr. 5588 Anm. 4, 5616. Er vertrat Konrad Bossinger, einen treuen Parteigänger des NvK. Zuvor hatte er nicht auf Seiten des Herzogs gestanden; s.o. Nr. 5553.
- <sup>46)</sup> Weikhard Lampel aus Hall, Pfarrvikar in St. Lorenzen; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 350. Er erhielt am 22. Oktober 1459 ein Privileg zur Absolution von Exkommunizierten ohne bischöfliche Erlaubnis; s. Schmugge, *RPG IV* 264 Nr. 3975.
- <sup>47)</sup> Sigmund Honigler, Pfarrer in Thaur; s.o. AC II 7, 2134 s.v.
- <sup>48)</sup> Konrad Pusterle († vor 1485), Pfarrer in Serfaus; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 432. 1458 gehörte der Pfarrvikar Ludwig von Serfaus zu den Unterzeichnern der Appellation; s.o. Nr. 5515 Z. 3.
- <sup>49)</sup> Goloman Kolb, Pfarrer zu Axams. Sein Vorgänger Johannes Westdorfer hatte sich 1458 der Opposition gegen NvK angeschlossen; s.o. Nr. 5564.
- <sup>50)</sup> Vielleicht identisch mit Johannes Mair, Kaplan in Natx; s.o. Nr. 5092. Er war offenbar Chorherr zu Neustift. Die Pfarrei Natx war diesem Kloster inkorporiert.
- <sup>51)</sup> Sein Vorgänger als Vikar der Pfarrei Baumkirchen/Mils namens Johannes gehörte 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 7.
- <sup>52)</sup> Johann Hamer, Pfarrer zu Ahrn, Bruder des Cusanus-Sekretärs Lorenz Hamer; s.o. AC II 7, 2084 s.v.
- <sup>53)</sup> Ludwig Steger, Pfarrer in Seefeld; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 476. Er gehörte schon 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 6.
- <sup>54)</sup> Matthias Strayff aus Landsberg, Pfarrvikar in Absam/Hall; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 480. Der Pfarrer von Absam/Hall Johannes Hamersbach gehörte 1458 zu den Appellanten; s.o. Nr. 5515 Z. 6.
- <sup>55)</sup> Johannes Stadelwieser, Pfarrvikar in Telfs. Er hatte schon 1458 die Appellation unterzeichnet; s.o. Nr. 5515 Z. 5.
- <sup>56)</sup> Jodocus Bach, Pfarrer zu Mieming. Auch er war 1458 unter den Unterzeichnern; s.o. Nr. 5515 Z. 5. Seine Pfarrei war dem Kloster Stams inkorporiert.
- <sup>57)</sup> Heinrich Sucherlein, Pfarrer in Feldthurns. Vgl. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 484. Er war offenbar der Nachfolger des Heinrich Scherl; s.o. AC II 7, 2070 s.v.
- <sup>58)</sup> Hans Reus aus Würzburg, Sonnenburger Kaplan und Notar. Zu ihm zahlreiche Nachweise in AC II 7, 2091 s.v. Seine Bezeichnung als Hospitalar deutet darauf hin, dass er Heinrich Pomert das St. Johannes-Hospital von Sonnenburg streitig machen wollte, das dieser nach langem Streit erhalten hatte; s. zuletzt oben Nr. 5789, 5799.
- <sup>59)</sup> Barbara Schöndorfer, erwählte Äbtissin zu Sonnenburg; s.o. Nr. 5912f.
- <sup>60)</sup> Johannes Lampl aus Hall, Sonnenburger Kaplan zu St. Martin in Moos; s. Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 349; vgl. oben AC II 7, 2085 s.v.
- <sup>61)</sup> Johannes Wensler, Sonnenburger Kaplan der St. Gotthardskapelle zu Überwiesen, die zuvor Hans Würzburger innegehabt hatte; s.o. Nr. 5214 Anm. 1; Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 520.
- <sup>62)</sup> Johannes Pogner von Absam († 1472), Pfarrer in Stills; s.o. AC II 7, 2087 s.v.; Trenkwalder, *Seelsorgeklerus* 422. Er gehörte zuvor nicht zur Opposition gegen NvK; s.o. Nr. 5553.
- <sup>63)</sup> Leonhard Kaiser, Vikar zu St. Jakob in Innsbruck. S.o. AC II 7, 2094 s.v. Er hatte noch 1458 versichert, das Interdikt einzubalten; s.o. Nr. 5564.